



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

44. An si quis confitetur pro lucrando Iubilæo, & postea recordatur alicuius peccati oblii, si non habeat copiam Confessarii, possit Eucharistiam sumere, & lucrari Indulgentiam? Et quid est ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

quod prius non extendebat. Et haec omnia assertit Lugo, obisprà, qui postea respondet ad aliqua argu-  
menta, quae ex aduerso adduci poterant.

4. Et huic sententia ego libenter adhaereo, non ne-  
go tamen & affirmatiuam sententiam esse probabilem  
vt docet Andreas Mendo in Bull. Crue. d. 22. c. 3. n. 28.  
Pasqualigus de Ibil. q. 25. n. 8. & me citato Quinta-  
nadiuas de Ibil. diuinum hebdomad. cap. 22. n. 3. vbi sic  
ait: [Si à uno por causa iusta le prorogo la confession  
el Confessor para despues de las dos semanas, puede  
ser absuelto de los catos reservados, y censuras, en  
que cayera despues dellas, como sea antes de la Con-  
fession del Iubiles; porque sino se haze incapaz de  
ganarlo, y dando el Pontifice al Confessor potestad  
para prorrogar la confession, y absolucion, y Iubileos,  
tambien la da para lo necesario, para la ejecucion  
de estos actos, que es la absolucion de referuados. Ita ille,  
qui adducit etiam Faustum & Bosilius, quibus etiam  
adde Patrem Bardi in Bulla Cruciate. part. 1. tr. 2. cap. 6.  
fct. 3. §. 4. num. 53.

## RESOL. XLIII.

*An confessio informis sufficiat pro lucrando Iubilao, vel  
Indulgentia?*  
Sed haec difficultas procedit ex suppositione, quod possit da-  
ri confessio informis.  
Et docte & breviter explanatur, quando confessio dicatur  
informis, & quando inutila, & quomodo in virgate  
Confessarius se gerere debeat. Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6.  
Rcl. 10.

§. 1. Negatiuè respondet Pasqualigus de Iubilao,  
¶ quaf. 7. 1. num. 2. vbi sic ait: Difficultas proce-  
dit ex suppositione: quod possit dari confessio, informis: nam non posse dari dixi in Theol. moral. disput. 79.  
de Pan. fct. 5. & 6. Et communiter affirmatur respondent,  
dummodo tamen antequam impleatur ultimum  
opus iniunctum, recedat fictio, & adueniat status  
gratiae, qui est necessarius quando est obtainendus fructus  
Iubilai, seu Indulgentiae. Ita specialiter Leon  
part. de Iubilao num. 8. Bosilius fct. 4. de Iubilao, casu  
19. §. 1. num. 9. Faustus lib. 4. de Indulg. quaf. 9. Hoc ta-  
men apud me non caret difficultate, quia siue confessio sit praescripta in ordine ad dispositionem, siue  
ut opus iniunctum, semper intenditur ut disponens  
ad effectum indulgentiae obtainendum, & proinde si-  
nis dispositionis cadit sub intentione praescribentis: ergo confessio quae praescribitur, cum tali qualitate  
praescribitur, ut conducat ad finem intentum:  
Confessio autem informis non conductit, & ideo  
caret qualitate cum qua praescribitur, atque adeo  
non est illa confessio quae praescribitur. Ita Pasqua-  
ligus

2. Sed ego puto non esse recendum à sententia  
affirmativa, quam præter Doctores à me \* alibi ad-  
ductos, tenet nouissimè nominatim contra Pasqua-  
ligum Pater Bardi in Selectis, lege 5. question. 5. nu-  
mero 11. & ad eius argumentum respondet, quod  
quamvis confessio dum manet informis, & absque  
suo effectu, neque disponere adhinc intentum,  
quatenus sine gratia iustificante, homo non con-  
sequitur indulgentiam, nihilominus, si postea ille  
qui talem fecit confessionem, se conterat absque  
alia confessione; recipiet gratiam, & non tantum  
illam, qua responderet contritioni, verum etiam aliam  
vi Sacramenti, qua certò datur, ut dicunt Theologi,  
remoto obice; confessio autem illa valida, sed  
informis ratione valoris quem habet, satisfecit oneri  
iniuncto, & licet actu non habeat effectum, est po-  
stea illum habitura, quatenus homo remouens impe-

dimentum recipit maiorem gratiam intuitu Sacra-  
menti, quod prius erat informe postea vero formatum. Et  
si homo non se disponat per actum contritionis, non  
obtinebit Iubilatum, quia non est in statu gracie; suffi-  
cit igitur Confessio quæ vel actu haber effectum gra-  
tiae Sacramentalis, vel quæ sit talis, vt remoto obice  
possit illum habere; sed hoc est intelligendum si ad-  
huc duret tempus in Iubilao signatum, & homo  
præstet reliqua iniuncta; nam tali tempore transacto  
non poterit amplius acquirere indulgentiam, etiam  
ablativo impedimento. Hæc Bardi & nimis aestimanda est  
Sapientissimi Viri opinio, dari videlicet Sacramentum  
Pœnitentia informe, sed validum; nam hoc ita facile  
concederet Theologii ex Societate, & satis probabi-  
liter. Sed contra illos, & Pasqualigum in foliame Pœ-  
nitentium & Confessiorum non deseram huc appo-  
nere verba Remigij in præl. Confess. trad. 5. 6. §. 3.  
n. 2. [Pero parar euitar prolixidad, adiutera aquil  
Confessor, que no sea facil en hazer repetir confes-  
siones, conformandose con la opinion que admite  
confessiones informes; y asi haga solamente reitera-  
las que conoce auer sido inutiladas. La diferencia que  
ay entre la confession inutilada, e informe consiste en  
que la inutilada es, que se haze callandole algun pe-  
cado mortal de proposito, & verguenza, o sin dolor  
alguno, o sin intencion, o de proposito de la enmienda,  
o sin ningun examen. Tambien, quando constase que  
confessiones fueron hechas con ignorancia ab-  
stada destas requisitos, por no auer querido frequen-  
tar los sermones, v.g. para no tener noticia de su mal  
estado, &c. La confession informe es a quella que  
haze el penitente con algun defecto en el dolor v.g.  
por llegar a confessar se con atricion imperfecta, y  
dolor iniechaz, y con vna beleidad que ni bien tema  
determinacion de apartarse del pecado, ni bien de  
dexaua de tenerla; mas el pensaua que llegara al Sa-  
cramento con verdadero dolor, o por no hazer suficiente  
examen de la conciencia por ignorancia, o negligencia,  
aunque culpable, y por esto se olvidó de confessar algunos pecados; si bien sera el defecto pe-  
caminoso mas, o menos, conforme lo aya sido la culpa,  
y bastara acusar se despues dello, y de los pecados  
olvidados tambien. Dixe, y por esto se olvidó de con-  
fessar algunos pecados, &c. porque si despues de auer  
se confessado el penitente: hallasse que los pecados  
olvidados fueron mas que lo confessados, seria necesa-  
rio boluer a repetir la confession, porque se arguye  
auer sido hecha sin examen. Pero al contrario si fueron  
los confessados mas que los olvidados, es señal que  
el examen fue suficiente, y la confession solamente  
informe. Ita ille: Vide etiam infra.

## RESOL. XLIV.

*An si quis confiteretur pro lucrando Iubil. o. & posse re-  
catur alienius peccati oblitio, si non habeat copiam Con-  
fessarij, posset Eucharistiam sumere, & lucrari Iubil-  
atum, & Indulgentiam?*  
Et quid est dicendum, quis rite sit confessus, & Commu-  
nionem sacram receperit, si antequam lucretur Iubil-  
atum, labatur in nouum peccatum, utrum teneatur Iubil-  
atum confiteri?  
Et notatur, quod per confessionem sacrilegum non lu-  
cratur Iubileum.  
Et quid per sumptionem indignam Eucharistia? Ex p. 11.  
tr. 7. & Misc. 7. Rcl. 13.

§. 1. Afirmatiuè respondet Pasqualigus in præl. Qua-  
si Iubilao quaf. 64. num. 3. vbi sic ait: Si con-  
fessio praescribitur solùm in ordine ad dispositionem,  
necessariam pro Iubilao, aut Indulgentia; probabile  
est, quod ille, qui non potest confiteri, absque tamen se  
pro

propria culpa, lucretur Iubilæum, si cætera opera iniuncta perficiat, & conteratur. Probatur; in tali casu confessio pœcriptio se habet ad modum pœcepti. Ergo non obligat in casu, in quo fiat impossibilis, sicut nec obligat pœceptum.

2. Dices necessariam esse confessionem ob communionem, sine qua quantumvis contritus non potest ad illam accedere, cum hic casus non sit ex illis, qui exsancti pœmenda confessione, quando pro facienda Indulgentia requiritur communio. Deinde neque in hoc casu locum habet, quia sicut dammum notabilis tam spirituale, quam temporale excusat, vel peccatum quod accedere ad Eucharistiam absque pœmissa confessione, quando non potest pœmittere; ita etiam amissio luci notabilis pœscriptum spiritualis, quale obtinetur per Indulgentiam; nam damnum, & amissio lucis equiparantur. Ita ille.

3. Sed negatiuam sententiam sustinet Bartholomeus a Sancto Fausto leg. 4. de Iubil. extraor. q. 41. & Pater Bardi in select. lib. 5. quæst. 3. num. 17. quia licet virtus assignetur causa, ob quas cum sola contritione posset quis communicare absque eo quod sacramentaliter absolvatur, inter causas tamen non apponunt Autores hanc que est consequi Indulgentiam, neque tradunt regulam vniuersalem, sub qua contineatur aquitatio Indulgentiae; admittit tamen cum predictis Authoribus id fieri posse ad scandalum vindicandum tali enim cau erit omnino licitum Eucharistiam sumere sine prævia confessione non solùm ad indulgentiam obtinendam, verum etiam absolutè nulla potest Indulgentia, sed hoc est per accidens ex iure naturali dictante scandalum esse videndum. Addo etiam non posse mentiri Pontificis eam esse, quam ubi persuadunt Autores primæ sententiae, quia pœcillum de pœmenda confessione mortalium ante limpitatem Eucharistie, iuxta communem ferè sententiam est de iure Diuino, & non Ecclesiastico; atque ab illo non habet locum humana dispensatio, & omisso confessionis interdum pœmittitur non vi aliquis dispensationis, sed interpretationis iuris Diuini non obligantis in quibuidam circumstantiis, quas Doctores enumerant in tractatu de Eucharistia; proinde nunquam audiuiimus aut legimus in hoc pœcepto aliquem dispensatum fuisse à Pontifice. Ex hac doctrina patet, qua ratione sit reiicienda responsio, quam ad hoc argumentum tradit Pasqualigus numero 4. ait enim amissionem lucri spiritualis notabilis, quale obtinetur per Indulgentiam, excusat, sicut exculcat dammum notabile tam spirituale, quam temporale; nam in iure ista duo equiparantur, patet, inquit, qua ratione sit reiicienda; primò, quia, ut dixi, inter causas excusantes à confessione; Doctores nullam faciunt mentionem de utilitate Indulgentie, secundo, quia lucrum hoc spirituale, quoniam sit magnum, cum facilis negotio haberi possit aliis mediis, idcirco illud amittere per tale determinatum medium; nempe per Iubilæum, non videtur magis momenti; passim enim se offert media lucrandi Indulgentias plenarias, videlicet mediis granis beneficis, visitatione Ecclesiarum, quibus concessae sunt similes Indulgentiae, &c. Hæc omnia Bardi.

4. Et quidem contra doctum, & amicissimum Patrem Pasqualigum sua sententia adhætere non possumus, scilicet Concilij Tridentini s. 13. c. 7. quæ pœmissa confessione sacramentali ad Eucharistiam accedere debet, quod, vt ego alibi probavi, intelligitur etiam de aliquo peccato obliito, quod in mente venit post factam confessionem in ordine ad communicandum.

5. Sed quid dicendum, si quis ritè sit confessus, &

communionem sacram receperit, si antequam lucre. Et pro con-  
tetur Iubilæum, labatur in nouum peccatum mortale, n. Sed quid,  
vtrum teneatur iterum confiteri? Affirmatiuam sen-  
tentiam tuetur Amicus in Curs. Theolog. tom. 8. & inf. in Ref.  
disputat. 20. section. 8. numero 241. vbi sic ait: Du- 54. § Nota  
bitari potest, an cum in Iubilæo exigitur confessio, si dum est  
post confessionem homo mortaliter peccet, ad Indul-  
gentiam luçandam sufficiat contrito absque noua  
confessione? Negat Suarez, mouetur, quia talis  
confessio debet esse de omnibus mortalibus usque  
ad tempus Indulgentiae commissi: nam illa refertur  
ad tempus ipsum Indulgentiae: ergo comprehendit  
omnia mortalia usque ad tempus Indulgentiae commis-  
sa. Ex quo infert, quod si quis post confessionem, ante-  
quam Indulgentiam lucretur, recordetur aliquid  
peccatum oblitum teneri ad illud confitendum, alio-  
quin Indulgentiam non luctabitur, secus si non recor-  
detur; quia tunc tale peccatum non impedit effectum  
Indulgentiae, etiamsi Pontifex expressè requirat con-  
fessionem omnium peccatorum: quia intelligitur  
require confessionem omnium peccatorum humano  
modo integrum. Quæ sententia non solum est titor,  
& in prædicta adhibenda, sed etiam probabilior, præfer-  
tim cum exigitur confessio omnium peccatorum. Ita  
Amicus.

6. Sed mihi magis placet opinio negatiua; quam docet Castrus Palauus tom. 4. disp. 24. punct. 9. num. 25. eo quod peccatum oblitum in confessione legitimè facta remissum sit virtute gratia per Sacramentum communicata; ac proinde securitatem Indulgentiae nullatenus impeditur potest: confessio autem expostulatur omnium peccatorum quæ fuerint ante indulgen-  
tiam commissi, quæque virtute sacramenti saltem vir-  
tualiter remissa non fuerint, secus de remissis directe vel indirecte.

7. Nota hic obiret, quod quis per confessionem sa-  
cerdotem non sequitur Iubilæum quicquid en mente  
aliorum alibi dixerim, quia Pontifex requirit confes-  
sionem, vt tollatur impedimentum, ad hoc vt acquiratur  
indulgentia: at per confessionem inutilam non tollitur impedimentum, nempe peccatum mortale,  
proinde non obtinetur Iubilæum.

8. Secus autem per sumptionem Eucharistie in-  
dignam, nam si quis sacerdotem communicavit, non  
teneatur. Et ducor a pari: sicut enim adimplens alia opera  
injuncta, quoniam sit in peccato mortali, nihilominus  
satisfacit oneri injuncto, ita etiam & communicans,  
dum manet in peccato satisfacit impositioni huius  
operis; Verum si communio sit ultimum opus ex in-  
junctis non poterit ita communicans in eo momento  
lucrari indulgentiam: non ex eo quod opus non sit  
factum in gratia, sed quia ad acquirendam Indulgen-  
tiam requiritur in acquirente status gratiae, & amicitia  
Dei.

9. Et ita ego olim docui contra Pasqualigum, quem etiam nouissime refellit Bardi vbi supra, quæst. 5. num. 3. respondens ad omnia eius argumenta non nego tamen eius sententiam esse probabilem quam etiam tuetur Amicus in cur. theol. tom. 8. d. 21. s. 6. num. 123. id quod constanter assero est, ipsum non bene, & parum mo-  
destè dixisse (quod etiam obseruat Bardi) opinionem contrariam auctoritate Doctorum, & efficaci ratione munitam esse improbatam.

Alibi inf. in  
Ref. 54. § 2;  
ad med. &  
vers. Dubi-  
tabilis, &c.

Sup. hoc in  
Refol. not.  
præteritæ.  
Et s. con-  
tentio, à lin. 3;  
huius §. sup;  
in tr. 3. Ref.  
2. prop. liti;  
vers. Vnde:

Docuit id  
Ref. quæ hic  
est inf. § 4. &  
in alii eius  
primæ not.

#### RESOL. XLV.

An si quis intra tempus à Iubilæo pœscriptum, confiteatur  
& ante consecrationem Indulgentie incidat in aliud  
peccatum teneatur iterum confiteri?  
Et quid, si oblitus fuerit alicuius peccati, an requiratur  
vt illud confiteatur intra tempus Indulgentiarum?

O 3 Idem